Universitätsbibliothek Paderborn

# De Ecclesiæ Avtoritate, & de ueterum scriptis Libellus

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergae, 1550**

**VD16 M 3084**

Vorsatz

urn:nbn:de:hbz:466:1-35753

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo circa iustificam fidem notanda veniunt.

Primum per exclusivam particulam, Gratis sive Sola, non excludi operum praesentiam & studium sed operum meritum, & ostendi, nos iustificari & salvari tantum per Filium Dei redemptorem, iustificatorem, mediatorem & salvatorem. Secundum est observandam esse tacitam reduplicationem in formulis loquendi. Dicimus: Solus Deus iustificat, causa videlicet efficiens intelligitur. Dicimus: Sola Filii Dei obedientia iustificat, si materia consideratur. Dicimus: Sola fides iustificat, si instrumentum quo accipitur iusticia christi, intelligitur. Haec omnia cohaerent. Nam causa materialis & fundamentum iustitiae fidei est tota obedientia satisfactio & meritum christi, redemptio, impletio legis, iter Christi ad Patrem, vel horum omnium pars aliqua, ut passio, crucifixio, mors sanguis, vulnera & resurrectio, Relatio autem & instrumentum est ipsa fides sive fiducia filii Dei acquiescens in filio Dei iuxta promissionem & certo statuens se Deo placere, recipi & exaudiri per & propter christum mediatorem gratis, quem mediatorem fides ceu annulus preciosam gemmam complectitur. Caus[...]